



**Veritates Christianæ Qvæ Modvm Exhibitent Benè Vivendi
Et Benè Moriendi**

Balde, Hendrik

Ipris, 1689

6. Cap. Vtrum expedit citò mori, an dui vivere?

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56447

Vtrum expedit cito mori, an diu vivere?

Multo longam vitam desiderant, de bona Sanctaque nihil aut admodum parum solicii.

Quid prodest diu vivere, si minus recte vivamus? si quotidiana cumulare flagitia non cessemus?

Condescibilis est cito mori, quam dili vivere hominibus non tantum bonis, sed & malis, qui, licet diu viverent, ad frugem tamen nunquam redirent.

Mali, quemadmodum iudicis peccata coacervant, ita etiam poenas adaugent; quod neutquam fieret, si superveniens illis mors vivendi simul & peccandi adimeret potestatem. Gravius est (inquit S. Ambrosius (a) Ad peccatum vivere, quam in peccato mori.

Boni, quantumvis s̄ penumero se culpis præteritis per sinceram earum declarationem exonerent, novas tamen quotidiè contrahunt; & licet assidue quā gratiam suam, quā gloriam amplifcent: attamen omnibus bonis operibus suis tantum Deo honoris reddere nequaquam possunt, quantum vel exiguis suis noxis, in quas quotidiè recidunt, ei suffurantur.

[a] L. de bono mort. c. I.

Exultemus

Exultemus igitur, inquit S. Chrysostomus, (a) si quando probum & justum videmus migrare ex hac misera vita, mox enim receptorus est laborum suorum, operumque honorum abundantem mercedem.

Diffliteri mortalium nullus potest, bonus esse, atque optabile, bene rectèque vivere; attamen bene feliciterque mori, longè esse melius atque optabilius quis neget? etenim sola bona mors nos certos de nostra salute reddit, bona vita non item.

Illi qui boni sunt, & magna virtute præditi, nesciunt quamdiù tales permane-
sui sint: ignorant itidem, quænam pec-
candi occasionses sese adhuc oblaturæ sint,
quibus afficiendi injurijs, cum quo homi-
num genere versaturi, tractaturique sint
negotia: præterit illos insuper, an vivat
aliqua etiamnum exitialis Dalila, cusus
venustate & illecebris vieti in sempiter-
num ruant interitum.

Nullum adeò firmum navigium, cui
per pelagus vaganti timendum non sit.
Momento mare vertitur, & in montes
aquarum cogitur; eodem die, ubi tran-
quillas inter undas luserunt navigia,
sorbentur. Innumera sunt pericula,
quamdiù hæc vita durat.

Innumeri, qui alterum jam pedem ineu-
(a) In Ep. ad Philip. 6. 8. lisse

lisse videbantur in cælum, è bonis mali effecti lamentabili casu in æternum existitum deciderunt.

Non nisi momento opus est, ut è Sancto quis fiat impius, atque æterni reus incendijs.

Multis nocuit, inquit Seneca, diu vixisse.

Sinite me mori, exclamabat B. Aloysius de Gonsaga, jam morti proximus, quamquam viginti dumtaxat, & quinque annos vivendo explèsser: Si enim vita mihi superst̄ longior, qualis etiamnum futurus sim, nescio.

Rectè magnus Guigo (a) Longam temptationem petit, qui longam vitam petit.

Deus ab aeterno prævidit & cognovit, quid esse facturus, si tali in domo cum tali personâ degeres; si tali tempore & loco tam vehementi urgereris temptatione; cognovit, inquam, esne illi præbiturus consensum, an contrà negaturus.

Quocirca si Deus te mundo eximat, ne forte in gravia peccata prolapsus intreas, immenso quodam, ac singulari te afficit beneficio, de quo sunimas illi referes in cælo & immortales gratias.

C A P V T . VII.

De fine, ad quem homo est conditus.

V Nica dumtaxat res tempore vitæ tuæ à te exigitur, unicum dumtaxat re-

(a) *De Tranq. c. 5.*

quiritur